

- † Ego Aderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo.
- \* \* \*
- † Ego Jacobus Episcopus Tusulanensis Cardinalis Franzonus.
- † Ego Petrus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Aterius S.R.E. Camerarius.
- \* \* \*
- † Ego F. Tit. S. Maria in Via Presbyter Cardinalis Maidalchini.
- † Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Barberianus.
- \* \* \*
- † Ego Gaspar Tit. S. Maria Transiberim Presbyter Cardinalis Carpinus.
- \* \* \*
- † Ego Franciscus Tit. S. Matthaei in Merulana Presbyter Cardinalis Nerlius.
- † Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Casanate.
- † Ego Galeatus Tit. S.S. Quirici, & Julitta Presbyter Cardinalis Marefcottus.
- † Ego Fabricius Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Spada.
- † Ego Joannes Baptista Tit. S. Cecilia Presbyter Cardinalis Spinola.
- † Ego Savus Tit. S. Petri in Vincula Presbyter Cardinalis Millinus.
- \* \* \*
- † Ego Marcus Antonius Barbadius Tit. S. Susanna Presbyter Card. S. Susanna.
- \* \* \*
- † Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte Auro Presbyter Cardinalis de Gassen.
- \* \* \*
- † Ego Joseph Saqns Tit. S. Balbina Presbyter Cardinalis de Azuirre.
- † Ego Leander Tit. S.S. Nerei, & Achillei Presbyter Card. Colloredus M. Penitentiaris.
- † Ego Bandinus Tit. S. Thoma in Parione Presbyter Cardinalis Panciaticus.
- † Ego F. Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis de Abdua.
- † Ego Tassanus Tituli Sanctae Agnetis extra Mœnia Presbyter Cardinalis de Janson de Fosvbin.

- † Ego Franciscus Tit. S. Maria de Populo Presbyter Cardinalis Judice.
- † Ego Joannes Baptista Tit. S. Bernardi Presbyter Card. Coghagurus.
- \* \* \*
- † Ego Urbanus S. Maria in Via-Lata Diaconus Cardinalis Sacchetti.
- † Ego Benedictus S. Agathe Diaconus Cardinalis Pamphilius.
- \* \* \*
- † Ego Petrus Tituli S. Laurentii in Damaso Cardinalis Diaconus Ostobonus S.R.E. Vice-Cancellarius.
- † Ego Carolus S. Maria in Cosmedin Diaconus Card. Bichius.
- \* \* \*
- † Ego Aloysius S. Maria in Porticu Diaconus Cardinalis Homodeus.
- † Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus.
- † Ego Laurentius S. M. in Aquiro Diaconus Cardinalis de Aterius.

V.  
Promulgatur Canonizatio S. Joannis a S. Facundo Ord. Erem. S. Augustini, una cum Indulgentia in ejus Festo. Dat. 19. Julii 1691. An. 1.

Permissum fuit ejus Officium & Missa a Clem. VIII. die 19. Junii 1601. Sanctus vero declaratus fuit ab Alex. VIII. die 16. Octob. 1690, P. 1. alias Canonizationes vide in Constitutione antecedenti, & sequenti.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

**R**ationi congruit, & convenit aequitati, ut ea, quae Romani Pontificis provida deliberatione, ac Venerabilium Fratrum suorum S.R.E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in Romana Curia commorantium unanimi consilio decreta, definita, & statuta fuerunt, licet ipsius superveniente obitu litera Apostolica desuper confecta non fuerint, suum debitum consequantur effectum.

§.1. Dudum siquidem felicitis recordationis Alexander Papa VIII. Praedecessor Noster pia secum consideratione perpendens, quod Gloriosus in Majestate sua Unigenitus Aeterni Patris Filius Christus Dominus, & Redemptor Noster, qui omnes Homines vult salvos fieri, & veniens in hunc Mundum pacem evangelizavit, e Calorum summitate prospiciens conditionis humanae dignitatem, satis nunquam deplorata miseria, cui primi Parentis culpa dedit initium, de-

Exordium.

Qua de causa hic Beatus SS. alio asseritus fuerit ab Alex. VIII.

formatam, crimumque tenebris obscuratam, ineffabili semper dispositione providit, ut suis apertis temporibus exurgerent Viri sanctitate conspicui, qui hominibus senescente Mundo in pejora ruentibus adjutrices manus porrigerent, & gliscentium vitiorum spinas de Ecclesiae vinea evelerent, ac tanquam lucernae inter effusas peccatorum tenebras viam ad caelestem Patriam monstrarent. Et hinc dum Hispania partim Mahumetanæ perfidia, & Saracenæ tyrannidis pertinacibus adhuc reliquiis occupata, partim frigescente charitate praepotentibus, ac pluribus dira praesertim simulatis vitiis languebat oppressa, ad illuminandas obtenebratas peccatorum mentes, eosque revocandos ad viam salutis, & pacis, Joannis de Sancto Facundo nuncupati spiritum suscitavit, qui in tempore iracundiae factus reconciliatio, ac amulatus charismata meliora, ore simul, & opere doceret, quanta erga Deum afflueret charitate, quanta in proximum dilectione, quantoque contra vitia, & dissidia afficeretur odio, factus contra ea declamator acerrimus. Justum proinde idem Alexander Praedecessor ratus, ut eximium hunc Virum virtutibus, & miraculis praecellens, quem corona expressa signo Sanctitatis Dominus redimiverat in Caelis, Sanctorum etiam laurea coronaret in terris, operi jamdiu pertractate Canonizationis ultimam manum admovit, servatis tamen servandis, & praeviis legitimis processibus, quorum summam juxta memorati Praedecessoris praedicationem ad perpetuam rei memoriam, & Christi fidelium aedificationem hinc Apostolicis literis duximus recensendam, ut sequitur.

Vita d. Sancti ab hoc Pontifice describitur.

Ejus Nativitas & pueritia.

Adolescentia.

§.2. In Oppido Sancti Facundi vulgariter Sahagun nuncupati, eaque Hispaniae parte, quae vergit ad Septentrionem, prope Dioecesim Legionensem post diuturnam matris sterilitatem, pius parentum precibus impetratus Joannes circa annum reparatae salutis millesimum quadringentesimum trigentesimum natus est: ut vero fortitius erat animam bonam, pie a parentibus educatus coepit ab ipsa pueritia non obscura dare futurae sanctitatis indicia. Praeventus enim a Domino in benedictionibus dulcedinis, & inde puerilia pertusus, ac de pace condiscipulorum sollicitus, quae ad concordiam, bonos mores, pietatem, ceterasque virtutes conferebant, illis proponebat, ejusque zelo successus, qui lingua infantium facit esse disertas, ubi vel locus, vel saxum prominens occurrebat, mira supra aetatem facundia concionabatur, innocenti praesignans tyrocinio, quantus, quamque proficius praeco altissimae veritatis esset futurus.

§.3. Aetate, & virtute adolescens humanioribus literis, Philosophiae, & Theologiae, multoque magis pietati operam dedit apud Monachos Sanctorum Facundi, & Primitivi. Interim vero ordinatus in Clericum, beneficio, cui cura animarum imminerebat, per Vicarium, donec ad Presbyteratum promoveretur regendo, Patre admittente praepositus. At evangelicum documentum boni pastoris cognoscens oves suas, & ab illis cognitum reformidans, atque inde anxius tum de ovibus non pastoris, sed mercenarii custodiam, quamvis temporaliter creditis, tum de fructibus non suis, sed interpositae personae labore partis, illibatam conscientiam, cuius stimulis angebatur, non prius, quam

eadem beneficio dimisso pristinae tranquillitati restituit.

§.4. Emenso studiorum curriculo inter Episcopi Burgenfis familiares adscitus, ea enituit morum honestate, praeclearaque indolis specie, ut apud ipsum intimam nactus benevolentiam, & gratia valens, pro omnibus, praesertim pro pauperibus ad suum Pastorem confugientibus non inutilis intercessor existeret. Sacris insignitus ordinibus a memorato Episcopo amplo Ecclesiae Burgenfis Canoniatu donatus, post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris, sed manum suam inopi liberaliter aperiens, & palmas suas extendens ad pauperem, uti fidelis dispensator, & prudens, uberes disti Canoniciatus, & aliorum beneficiorum fructus dispersit, dedit pauperibus, ut justitia ejus maneret in saeculum saeculi.

Pura argumenta charitatis, erga proximum.

§.5. Nec tamen hic subsistit ardens ejus Deo placendi, & serviendi desiderium, sed ut proprium electorum est, ire de virtute in virtutem, ad altiora respiciens, & Christum propter Christum non propter sua quaerens, familiari, quo apud praefatum Episcopum Burgensem fungebatur ministerio, Canoniatu, & beneficiis omnibus abrenunciatis, solisque elemosinis pro Missae sacrificio ad sui sustentationem contentus, ferventius orationi, & attentius factorum librorum lectioni animum adjunxit, & ne sibi solum, sed aliis viveret, coepit verbum Dei magno auditorum concursu, parique profectu in eadem Burgenfi Civitate annuciare.

§.6. Irreperat tunc Salmanticae summa, & impunis peccandi licentia, adeoque exarserrant potissime inter Nobiles intestina odia, & pertinacia dissidia, ut inde Civitas in efferratas factiones scissa, maxima animorum acerbitate, caedumque frequentia sevirer, quando Aeterna Majestas charitatem Servi sui, ut illuc tanquam pacis Angelus pergeret, excitavit. Pius ibi operibus, & verbi Dei praedicationi praeviribus, & utiliter plurium annorum spatio addictus, nihil timuit, nihil recusavit, nihil omisit, ut animas peccatorum caeno eruens, Deo lucrifaceret, & civiles flammis rore pietatis, & imbre praedicationis extingueret.

Ingressus in Religionem S. Augustini, & in ea progressus.

§.7. Sed ut Dei victus in infirmitate Joannis magis eluceret, gravi calculorum morbo corripitur, a quo eum non posset, nisi extremo, & ancipiti sectionis remedio Medicorum judicio liberari, in eo qui sanat omnes infirmitates, confusus, votum vovit religiose vitae institutum capefendi, si ab eodem gravi morbo, graviorique sectionis discrimine ad majorem Dei gloriam convalesceret. Exausivit Dominus deprecationem Servi sui, qui pristinae restitutus sanitate, reddidit Altissimo vota sua in Religione Eremitarum Sancti Augustini, selecto Salmanticensi Conventu, ubi Regularis disciplinae strictior observantia vigeat.

§.8. Annum agens probationis, licet aetate provectus, gradu Baccalaureus, Ordine Sacerdos tanta enituit humilitate, modestia, & obedientia, ut tanquam lucerna super candelabrum luceret omnibus, qui in domo erant; tyrocinium quippe Religionis virtus veterana praecesserat. Emissa professione per arduas Regularis perfectionis semitas abnegando semetipsum, jactoque profundo fundamento humilitatis in sublimi virtutum consurrexit, & exinde anima-

rum



\* Ego Joannes Baptista Tit. S. Bernardi Presbyter Card. Coslariensis.

\* \* \* \* \*

† Ego Flavius SS. Cosma, & Damiani Diaconus Cardinalis Astallius.

† Ego Petrus Tituli S. Laurentii in Damaso Cardinalis Diaconus Ostobonus S. R. E. Vice-Cancellarius.

† Ego Carolus S. Maria in Cosmedin Diaconus Card. Bichius.

\* Ego Aloysius S. Maria in Porticu Diaconus Cardinalis Homodeus.

† Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus.

† Ego Franciscus S. Angeli in Foro piscium Cardinalis Barberinus.

† Ego Laurentius S. M. in Aquiro Diaconus Cardinalis de Alteriis.

V I.

Dat. 15. Julii 1691. An. 1. Promulgatur Canonizatio S. Paschalis Baylon Ord. Minor. Discalceatorum, una cum Indulgentia in ejus Festo.

Beatus declaratus fuit a Paulo V. die 29 Octobris 1618. Sanctus vero ab Alex. VIII. die 16 Octobris 1690 P. 1. Alias Canonizationes vide in Constitutione precedenti, & Clem. XI. Constit. ed. 1712, Maji 21, P. 12.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Rationi congruit, & convenit aequitati, ut ea, quae Romani Pontificis provida deliberatione, ac Venerabilium Fratrum suorum, S. R. E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, tunc in Romana Curia commorantium, unanimi consilio decreta, definita, & statuta fuerunt, licet ipsius superveniente obitu Litera Apostolica desuper confecta non fuerint, suum debitum consequantur effectum.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Alexander Papa VIII. Praedecessor noster, pia secum meditatione considerans, quod Unigenitus Dei Filius splendor gloriae, & figura substantiae Patris, qui pro lapsi medela hominis in utero Virginis caro factus, semetipsum exinanivit, obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, ut genus humanum tam inestabili excitatum exemplo per

Hic S. ab Alex. VIII. optimis de causis SS. albo adscripsit fuit.

humilitatis semitas secum ad aeternae gloriae exaltaret consortium, haud raro infirma, ignobilia, & contemptibilia Mundi eligit, ut fortia quaeque confundat, & non gloriatur omnino in conspectu ejus, ac propterea paupertatem divitiis, ignobilitatem nobilitati, & simplicis animi demissionem elationi cogitantium sublimia proponens, sapientiam, & gloriam hujus Saeculi, ejusque Principum despiciat, humili spiritu, & sincero cordis delectatus affectu. Inter alios autem ex hujusmodi conditione selectos, quibus Ecclesiam suam, quam humilitate vult crescere, fecundavit, antea Saeculo praestantissimum exaltate humilitatis exemplar crexit in suo fidei Servo Paschale Baylon Laico, seu Converso expresse professo Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum quem humilibus genere, & loco natum, custodiendisque ovibus addictum, sustulit de gregibus Ovium, & de post foetantes accepit, implevitque Spiritu Sapientiae, & intellectus, ut quem suscitavit de terra inopem, collocaret in Caelo cum Principibus Populi sui. Quibus de rebus certior factus idem Alexander Praedecessor ex processibus diligenti inquisitione confectis & sedula discussione examinatis, ex quibus de illius vitae sanctitate, & miraculis ad ejus intercessionem patris evidenter constare percipit, Beatum Virum Sanctorum albo solemniter adscriptis, animo ex tunc revolvens hujusmodi vitae, miraculorum, & actuum summam Catholicae Ecclesiae notam facere, quod cum ipse, morte preventus, non expleverit, Nos qui Divina disponente Clementia in ejus locum successimus, hujusmodi seriem ex memoratis processibus breviter desumptam, in haec, qui sequitur, modum, ad perpetuam rei memoriam duximus enarrandam.

Vita d. S. hinc primo describitur a Pontifice.

§. 2. Anno a partu Virginis 1540. Sacro recurrente Festo Pentecostes, natus est Dei Servus in Oppido Turris Formosae Diocesis Seguntinae in Regno Aragoniae, ex Catholicis, sed pauperibus Parentibus, ablatusque fuit aqua Baptismatis, & procedente tempore Sic. Christate.

Eius Nativitas.

§. 3. A teneris annis insigne futurae Sanctitatis specimen dedit, dum adhuc puer quascumque mundi illecebras, & innoxios etiam ejus aetatis, & conditionis ludos, & exercitationes aspernabatur. Abiens post vestigia gregum, quorum custodiae paterna illum inopia destinaverat, sedulo satagebat, ne illa alienis agris, vel pascuis damnum aliquod inferrent. Virtutum cultor eximius orationi, abstinentiae, pudicitiae, & silentio deditus, a juramentis, mendaciis, detractionibus, ac vanis, & otiosis verbis penitus abstinebat, ac socios ad odium peccati, Dei que Religionem, & amorem, ac in Deiparam pietatem qua verbo, qua exemplo suaviter excitabat, adeo ut omnes tante innocentiae, & singularium virtutum admirationes jam tum praeviderent, magnos hujus Servi Dei futuros in Sanctitate progressus, quem in aetate puerili adeo innocentem vitam agere dignoscebant.

Pueritia.

§. 4. Simplex, rectus, & timens Deum aetate simul, & virtutibus crescebat Paschalis humilitate, charitate, modestia, morumque suavitate, sic eorum, qui ipsum noverant, conciliabat affectus, ut sancta monita, & consilia libenter

Adolescentia.

libenter excipientes, & ipsum diligenter, ac in ejusdem conversatione magnopere delectarentur. Id quod praesertim accidit praediviti cuidam ejus hero, qui prole carens, eundem adoptare, & suorum bonorum heredem designaverat instituire, sed gnarus Paschalis, quod quicumque Spiritu Dei aguntur, ii sunt Filii Dei, accipientes spiritum adoptionis, in quo clamant Abba Pater, adoptivam heri filiationem, ac hereditatem desepit, sperans tum se beatius fore Filium, & heredem Dei, coheredemque Christi, cum paupertate, humilitate, sui que corporis mortificatione Christo ipsi compatere retur.

Ingressus Religionem.

§. 5. Ardore itaque Religiosi Instituti, quod paupertate, & observantia praesaret, ab ineunte aetate successus circa annum salutis 1564. voti compos efficitur, ex pastore ovium in gregem Domini aditus sub Regula S. Francisci Strictioris Observantiae in Provincia Sancti Joannis Baptista Regni Valentiae, ubi summo fervore, & gaudio, habitu Minorum Discalceatorum suscepto, riteque emissa Regulari Professione iis cumulatus virtutibus statim apparuit, & disciplina Religionis instructus in illis ita profecit, ut tanquam lucerna ardens iis, qui in Domino Dei, & Religioso consortio vivebant, praesulgeret.

Humilitas.

§. 6. Sancti Institutoris sui exemplo pauper, & humilis, volens excelsum fabricam virtutum construere, de fundamento prius cogitavit humilitatis, qua in abjectissimis Conventus Officii sese libenter exercuit, & si quando ab illis propter vitae sanctitatem, vel aetatem jussu Superiorum retraheretur, supplices, humilesque preces non intermittebat, donec eorundem exercitio simul cum aliis Laicis, & juvenibus Fratris restitueretur. Sui contemptor eximius quidquam in propriam laudem, neque audire voluit, neque retulit. In loquela, in cessu, in vultu, oculis, omnique actionum genere profundam ostendebat humilitatem, quin de se ipso adeo demisse, & vilissime sentiebat, ut cum praesclare vir Sanctitatis haberetur, ipse tamen nullis se praedatum meritis, magnum peccatorem reputaret, & affirmaret. Rogatus ut manus imponeret super agros, pristinae se validitudo per ejus merita restituendos fore sperantes, summa animi demissione se comiter excusabat, donec vel obedientiae praecipio compulsus, vel postulantium precibus motus, eos signo Crucis aliquando obsignaret, frequentius vero suaderet iisdem, ut sua se manu signarent, quo reddi corporis fanitatem, & robur in Crucis virtute perciperent.

Paupertas.

§. 7. Paupertatis non in saeculo solum, sed etiam in Religione amantissimus, ejusdem S. Institutoris imitator egregius, unica tantum induebatur tunica, eaque aspera, angusta, abjectissima, multique frustis resecta, ratuque supervacaneum esse munditiam in cilicio querere, eadem femoralia destructa prorsus, & lacera, ac quibus poterat fragmenta resarcta, ad decem, & octo annos pertulit.

Asperitas, & Castitas.

§. 8. Nec carnis mortificationem in sola, & extrinseca indumenti asperitate continuit, sed eandem ne unquam noxie moliretur in spiritum, continua maceravit inedia, & perenni afflictatione subtegit. Parcissimo ejus cibo frequens succedebat in pane, & aqua jejunium, & quotidiana ejus victui necessaria rigide subtrahens, alen-

do servabat pauperi. Plerumque vino abstinentis, nigriora, & duriora panis fragmenta, ac deteriora, & ab aliis Fratribus derelicta edulia, quando poterat sibi deligebat. Nuda in humum, aut rudes tabulas pellibus superimpositis aliquando stratus pro lecto habebat, frustumque ligneum, vel saxum pro pulvinari, ibique jacens, vel parieti innixus brevissimum carpebat somnum, reliqua nocte orationi data. Nudis incedebat pedibus, etiam longum, vel arduum iter agens. Duris flagellationibus, variis, & asperis ciliciis, ferreaque catena, bis, terque circumducta corpus dilanians, illud in adeo districtam servitute redigit, ut in eo spiritus pacifice dominaretur, nihilque vel minimum tum in saeculo, tum in Claustro usus fuerit peragere, vel dicere, quod ipsius castitatem unquam offenderet, vel adumbraret.

Obedientia, & Zelus Catholicae Fidei.

§. 9. Religiosis paupertatis, & castitatis virtutibus indivisibilem earum comitem obedientiam adjunxit, quam ita exacte, ita studiose colendam suscepit, ut totus a Superiorum nutibus pendens, ne quid minimum unquam petens, vel desiderans, omnia licet dura, & ardua ab illis demandata, reverenti semper gaudio susceperit, & alacri promptitudine impleverit, praesertim vero religiosae obedientiae, cujus studio exardebat, simul ac Catholicae Fidei, cujus zelo flagrabat, insigne praebuit experimentum, cum a Superioribus jussus longum, & asperum iter per terras plerumque haereticis labe sedatas peragere, iussa capefere cunctatus non est, eaque hilaritate, qua in junctum emensus est iter contumelias probra, minas, & lapidationes ab haereticis Catholicae Religioni, praesertim Regularium Ordini apprimere insensibilis, patienter, & fortiter pertulit, illorumque impie de fide sententiarum audaciam retundens publice, & palam Catholicam Doctrinam, & Fidem professus est, a quibus persequutionibus, & angustiis licet Dei misericordia tandem evaserit, deus tamen ei potius martyrium, quam ipse martyrio.

Orationes.

§. 10. Nullam pene diu nocteque labi sinebat horam, qua non esset in preces effusus, seu mente elevatus in Deum. Quidquid temporis sibi ex obedientiae praescripto muneribus, proximorum saluti, brevissime somni tormento potius, quam quieti supererat, totum id orationi, & contemplationi ubique impendebat, & Dei praesentiam, in ipsis exterioribus actibus non oblitus, jugi cum attentione, & interna oratione venerabatur. Pervigil semper nocte intempesta, nocturnis horis aderat, & quamvis perpetuis laboribus, atque afflictationibus fatigatus, & pene fractus, non nisi post auroram revertebatur in cellulam, toto eo tempore in Choro, vel Ecclesia inter meditando delicias traducto.

Cura de alie na salute.

§. 11. Zelator animarum quas alloquebatur ad compunctionem, & expiationem peccatorum, Dei que virtutum amorem mira disponebat dulcedine, Doctrinam Christianam docebat ignaros, Religiosos ad perfectionem suavi excitabat eloquio, corda antiquis odiis ad vindictam accensa, & aliorum, pietate, vel auctoritate praestantium suasionibus inflexibilia, paucis verbis sedabat, & venie intercessionem ad pacem, & meliorem frugem revocabat.

Scientia infusa.

§. 12. Hinc Altissimus, qui sapientiam praebet diligentibus se, iusto huic, quem deducebat per vias rectas, absconditos sapientibus, & pruden-



Preces, & suffragia Alexand. VIII. oblata fuerunt pro Canonizatione.

Clemente X. ac similibus memorie Innocentio Papa XI. etiam predecessoribus nostris, solemniter adhuc Canonizatione non expleta, cum alia preces memorato Alexandro predecessori a Charissimo in Christo filio nostro Carolo II. Hispaniarum Rege Catholico, necnon a pluribus Venerabilibus Fratribus nostris tunc suis eius Nationis Episcopis, ac dilectis filiis universo Sancti Augustini Ordine, ac pluribus ejusdem Nationis Civitatibus fuissent humiliter porrecta, ac subinde Venerabilis Frater noster tunc suus Flavius Episcopus Portuen. S. R. E. Cardinalis Chisius nuncupatus, vice Venerabilis Fratris nostri tunc sui Alderani Episcopi Ostiensis ejusdem Sancte Romanae Ecclesie Cardinalis Cybo nuncupati praefata Congregationis Praefecti morbo tunc detenti, in Consistorio ipsius Alexandri predecessoris secreto summam processum, suamque, & aliorum Collegarum suorum dictae S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum sententiam exposuisset, ceterique in eorum Consistorio praesentes Cardinales ei unanimi suffragio adhaesissent; Et postea in alio publico Consistorio, quo praeter Cardinales praefatos etiam supradicti Patriarchae, Archiepiscopi, & Episcopi in Urbe commorantes, & dilecti filii Romanae Curiae Praelati, ipsiusque Alexandri predecessoris familiares convenerant, dilectus etiam filius Joannes Franciscus Fagnanus noster tunc suus Consistorialis Aule Advocatus de vita, virtutibus, & miraculis dicti Beati Joannis de Sancto Facundo dixisset, ac nomine Regis, Episcoporum, Civitatum, & Ordinis praefatorum supplices deprecationes pro ejusdem Canonizatione detulisset, idem Alexander predecessor ejusmodi deprecationes libenter excepit, quibus Sanctorum albo adscribendus sibi proponebatur impiger contentionum sedator, ut astantibus undique seculi hujus tot privatarum simulatarum, & efferatorum bellorum fluctibus, atque procellis, ad ejus praesidium conversi Fideles, pacem, & concordiam exposcentes, firmam tranquillitatis stationem, tum in via hujus vitae, tum in Caeseli Hierusalem, quae est beata pacis visio, felicissime consequerentur.

Pia opera in dicta fuerunt, & Indulgentia concessa.

§.19. Antequam tamen ad rei tam graevae de liberationem procederet, orationibus, jejuniis, aliisque piis operibus publice indictis, & concessa ad hoc fidelibus indulgentia, Divinae voluntatis beneplacitum, sine praevia cujus intelligentia in firma fuisset quaelibet deliberatio, explorare sat egit: Ac ad omnes accuratissimi Judicis partes explendas, exquisivit primum sententias praefatorum Venerabilium Fratrum nostrorum tunc suorum dictae S. R. E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in Urbe commorantium, qui in Consistorio semipublico ad hunc effectum postmodum habito, praesentibus etiam nostris tunc suis, & Sedis Apostolicae Notariis, & causarum Palatii Apostolici Auditoribus, ex iis quae ab eo propofita, & relata fuerunt, Beatum Joannem de Sancto Facundo Canonizandum esse unanimibus suffragis aperte decreverunt: Unde gaudens ex animo, hujusmodi Canonizationem in magnam Dei gloriam, splendidumque Ecclesiae Catholicae decus cessuram esse, aperte intellexit, ac decimam sextam tunc decurrentis mensis Octobris diem praefatae hujusmodi solemnitati designans, praesentiam eorumdem pietatem ad perseveran-

dum in effundendis ad Dominum infallibilis veritatis enixis precibus, impense hortatus fuit, ut ipso inspirante praesentissimo huic negotio supremam rite manum imponere posset.

Canonizatio Beati Joannis cum aliis 4. a d. Alex. celebrata fuit.

§.20. His peractis cum nihil aliud desideraretur eorum, quae ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum decretis, praefatae S. R. E. consuetudine, ac novorum decretorum praescripto agenda, & observanda erant, idem Alexander predecessor praedicta designata die sextadecima Octobris anni praeteriti millesimi sexcentissimi nonagesimi Pontificatus sui Secundi in Sacrosancta Beati Petri Apostolorum Principis Basilica, quo solemniter Ritu cum Venerabilibus Fratribus nostris tunc suis ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & dilectis filiis dictae Romanae Curiae Praelatis, Officialibus, & familiaribus suis, Clero Seculari, & Regulari, ac maxima Populi frequentia mane convenerat, iteratis primo, secundo, & tertio pro Canonizationis decreto instantis per dilectum filium nostrum tunc suum Petrum S. Laurentii in Damaso Cardinalem Otthobonum nuncupatum nomine memorati Charissimi in Christo filii nostri Caroli II. Hispaniarum Regis Catholici, post sacros hymnos, Litamias, aliasque preces, & post Spiritus Sancti gratiam rite imploratam ad honorem Sanctissimae, & Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae, & Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri Jesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sua, matura deliberatione praehabita, & Divina ope saepius implorata, ac de praefatorum S.R.E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum tunc in Urbe existentium consilio, Beatum Joannem de Sancto Facundo una cum Beatis Laurentio Justiniano, Joanne a Capistrano, Joanne de Deo, & Paschale Baylon Sacerum esse decrevit, & definivit, ac Sanctorum Catalogo adscripsit, statuens ab Ecclesia universali quolibet anno die ejusdem festo memoriam ipsius inter Sanctos Confessores non Pontifices pia devotione recolere debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Indulgent. 7. ann. & totid. quadrag. in ejus festo concessa.

§.21. Eademque auctoritate omnibus utriusque sexus Christianis vere poenitentibus, & confessis, qui annis singulis in die festo ejusdem Sancti Joannis ad sepulcrum, in quo ejus Corpus requiescit, visitandum accessissent, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxavit in forma Ecclesiae consueta.

Alia Indulg. in ipsi die Canonizationis.

§.22. Quibus peractis Deum Patrem Aeternum, Regemque gloriae Christum Dominum, Patris sempiternum Filium, & Sanctum Paracletum Spiritum, unum Deum, unumque Dominum laudibus, & confessionibus veneratus, sacroque hymno Te Deum solemniter decantato, peculiari oratione etiam per dicti Joannis merita precatus fuit, atque Missae ad Altare Beati Petri Apostoli cum ejusdem Beati Joannis commemoratione a Venerabili Fratre nostro, tunc suo Palatio Episcopo Sabinen. S.R.E. Cardinali de Alteris nuncupato solemniter Ritu celebratae interfuit, omnibusque Christi fidelibus tunc praesentibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concessit.

Declaratur vetus in a esse praemissa omnia.

Claufula.

§.23. Ne autem de decreto, definitione, adscriptioe, statuto, relaxatione, concessione, aliisque praemissis, ex eo, quod super illis ipsius Alexandri predecessoris litera ejus superveniente obitu confecta non fuerant, valeat quomodolibet haeritari, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod decretum, definitio, adscriptio, statutum, relaxatio, concessio, aliaque praemissa a dicta die sextadecima Octobris suum consequantur effectum, ac si super illis ipsius Alexandri predecessoris litera sub datum ejusdem diei confecta fuissent, prout superius enarratur: Quodque praesentes litera ad probandum plene decreto, definitionem, adscriptioem, statutum, relaxationem, concessionem, aliaque praemissa ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

§.24. Caeterum quia difficile foret praesentes nostras literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus, ut earum exemplis etiam impressis manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate constitutae munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostense.

§.25. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nonagesimo primo, idibus Julii, Pontificatus nostri Anno Primo.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus.



- † Ego Alderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo.
† Ego Flavius Episcopus Portuen. Cardinalis Chisius.
† Ego Jacobus Episcopus Tusulanus Cardinalis Franzonus.
† Ego Petrus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Alteris S.R.E. Camerarius.

- † Ego F. Tit. S. Mariae in Via Presbyter Cardinalis Maidalchini.
† Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Barberinus.
† Ego Nicolaus Tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis Acciajulus.
† Ego Gaspar Tit. S. Mariae Translyberim Presbyter Cardinalis Carpineus.
† Ego Casar Tit. Sanctissime Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis d'Estrees.
† Ego Franciscus Tit. S. Matthaei in Merulana Presbyter Cardinalis Nerlius.
† Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Casanate.
† Ego Galeatus Tit. S. Quirici, & Julitae Presbyter Cardinalis Marejottus.
† Ego Fabricius Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Spada.
† Ego P. Thomas Hovardus Tit. Sanctae Mariae super Minervam Presbyter Cardinalis de Norfoleia.
† Ego Joannes Baptista Tit. S. Caeciliae Presbyter Cardinalis Spinula.
† Ego Savus. Tit. S. Petri in Vincula Presbyter Cardinalis Millinus.
† Ego Fr. Laurentius Basilicae Duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis de Laurea.
† Ego Jacobus Tit. S. Mariae in Ara-Caeli Presbyter Cardinalis de Angelis.
† Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte Aereo Presbyter Cardinalis de Gassen.
† Ego P. M. Tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis Petrucci.
† Ego Joseph Saens Tit. S. Balbinae Presbyter Cardinalis de Aguirre.
† Ego Leander Tit. SS. Nerei, & Abillei Presbyter Cardinalis Calloredus M. Penitentiaris.
† Ego F. Tit. SS. Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis Carafa.
† Ego Bandinus Tit. S. Thomae in Parione Presbyter Cardinalis Panciatius.
† Ego F. Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis de Abdua.
† Ego Tassanus Tituli Sanctae Agnetis extra Moenia Presbyter Cardinalis de Faxson de Fourbin.
† Ego Joannes Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Cardinalis Rabinus.



rum zelo magis exardens, ac propterea omnia sustinens, in Deo, qui perennis charitas est, mansit, & Deus in eo.

Inimicitias sedavit.

§.9. Superfeminaverat interca humani generis inimicus plura, & pejora vitiorum, & recrudescens diffidiorum zizania, ad quae eradicanda e clauistro revocatur Ioannes, qui Religionis lorica, & Dei virtute praecinctus, pietatis, ac pacis inimicos sic in Domino adoratus est, & persecutus, ut non converteretur, donec deficerent. Apostolico spiritu insurgebat in scelerata, & fervido simul, ac facundo charitatis impetu sic vehebatur in odia, ut surdae alioquin pacificis consiliis aures, & indurata inveteratis peccatis, & similitibus peccata non possent resistere sapientiae, & spiritui, qui loquebatur per os ejus. Hinc ut civium discordias evelleret, aliquorum magis pertinaciam odia in seipsum, convertit dum illis vitia exprobrabat, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui; at nullis injuriis revocatus, nullis periculis, vel minis territus unquam potuit a sancto opere dimoveri, sed potius persecutionem patiens propter justitiam animo semper invicto nunquam fuit promptior, quam inter discrimina, nunquam fortior, quam inter adversitates; si tamen aliquando Divinum verbum seminavit in lacrymis, uberes etiam manipulos plurium animarum Deo reconciliatarum in exultatione messuit. Cum iis, qui odio habebant pacem, erat pacificus, & Evangelici Samaritani instar, fauciarum animarum misericordia motus, eisdem opportune modo compungebat vino acris comminationis Divini iudicii, modo fovebat oleo sperandae remissionis peccati. Non e suggestu solum, sed in privatis colloquiis peccatores ad poenitentiam, & discordes revocavit ad pacem. Natura mitis, aspectu jucundus, eloquio suavis, audientium conciliabat affectus, extinguebat odia, arcebat vindictas, felix mediator pacis, potens intercessor veniae, strenuusque Salmanticensium diffidiorum dissipator, & sedator: Nec mirum quia Divino magisterio instructus ad aram Sacris operans de iis, quae ad animarum salutem, & dissidentium pacem annuncianda erant, ab ipso Christo Domino erudiebatur.

In audientis Confessionibus assiduit.

§.10. Muneri concionandi ministerium addebat Sacramenti Poenitentiae, ut qui ab accepta justificationis gratia per peccatum exciderant, Deo reconciliarentur. Impiger operarius in vinea Domini audientis confessionibus poenitentium, qui fama Sanctitatis, & experientia charitatis allesti ad eum jugiter confluebant, naviter, & proficue incumbere, alios dulci sermone recreans, alios suavi simul, & gravi correctione ad contritionem excitans, & a recidivis lapsibus praemunens gnarusque restitutionem rei alienae esse actum iustitiae ad salutem necessarium, suspensa interim absolutione, contentes ad illam peragendam non verbis solum, sed opportunis factis coadjuvabat.

Reliquos amicos in proximo arguenda.

§.11. Eodem charitatis impulsu frequenter consolabatur afflictos, invisebat aegrotos, & quaesitis elemosynis inopiam pauperum sublevabat, felix perditarum animarum venator, propositurarum mulierum, quas concionibus, cohortationibus, precibus, & quaesitis similiter opibus a demonis servitute redemptas, victimas ab impudicitis purificatas offerebat Deo in holocaustum acceptabile.

§.12. Nec secundum duntaxat ex duobus mandatis, in quibus universa lex pendet, & Prophetae, dilectionis nimirum erga proximum fideliter servavit, sed multo magis primum, & maximum ardentis amoris, quo ferebatur in Deum ex toto corde suo, in tota anima sua, & in tota mente sua. Hinc in saeculo voluntariae paupertatis studio pingua beneficia Ecclesiastica dimisit, effusus in preces, in Dei meditatione defixus, & operibus pietatis addictus a mundo, ejusque illecebris segregatus vivebat, in clauistro autem trium votorum exactissimus cultor, ac virtutum praefulgens exemplar, & quasi caelestem vitam agens, corpus suum hostiam viventem, & animam sanctam Deo placentem semper exhibuit; & tamen in hac innocentia vitae, & cordis simplicitate singulis diebus non semel salutare Poenitentiae Sacramento magis purificari concupivit, quasi cum Psalmista ad Dominum incessanter clamaret: Amplius lava me.

Ardens amor in Deum.

§.13. Cum igitur immaculatus ambulasset in lege Domini, & toto corde exquisivisset eum, meruit singulari charismate caelestis beatitudinis suavitatem in hac vita praebere. Eo enim fidei, & charitatis ardore rapiebatur in Deum in augustissimo Missae Sacrificio, ut Caeli gaudia praegustans, Christum Dominum Sole splendidiorem, & lucidiora stellis vulnera exhibentem intueretur, vivis e fontibus Salvatoris hauriens in gaudio fluentia vitae, & arcana Caeli mysteria; unde ab Altare post longum temporis intervallum divelli vix poterat, quotidiana discens experientia, quam suavis esset Dominus, ejus mira dulcedine superfusus, quia tunc demum plene satiaretur in gloria Dei: cujus eximii & perfecti doni descendens a Patre luminum praeter plurimos testes, & historicos omni fide dignos plerumque, & praedicator extitit Sanctus Thomas de Villanova, qui post obitum S. Joannis in eadem Religione, & Praefatu Valentino suaves virtutum omnium odores effudit.

Beatitudinis suavitatem praebavit.

§.14. Postremo cum bonum certamen certavisset, cursum consummavisset, fidem servavisset, Sacramentis Ecclesiae effuso cordis affectu receptis, properans ad coronam justitiae, die undecima Junii anno reparatae salutis millesimo quadringentesimo septuagesimo nono pie, sancteque obdormivit in Domino, qui fidelem Servum suum miraculis ad ejus intercessionem patris clarificavit.

Obitus.

§.15. Fama igitur sanctitatis, quae eo vivente invaluerat, post obitum in dies excrecente, pia mem. Paulus Papa III. etiam Praeceptor noster praevio examine processuum annis 1488. & 1525. ordinaria auctoritate factorum, per suas in forma Brevis expeditas literas die 22. Maji 1542. confessionem novorum processuum super puritate fidei, Sanctitate vitae, & miraculis B. Joannis delegavit, quibus absolutis, & postmodum jussu recolende memoriae Clementis Papae VIII. pariter Praeceptoris Nostri, primum per Hieronymum Pamphilium, & Joannem Garziam Millinum tunc causarum Palatii Apostolici Auditores, deinde per bo. me. Caesarem tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Baronium, Silvium tituli Sancti Salvatoris in Lauro Antonianum, & Robertum tituli Sanctae Mariae in Via Bellarminum nuncupatos S.R.E. Presbyteros Cardinales, ex quibus Antonianus vitae, & miraculorum relationem exaravit, & demum

A Paulo III. commissa fuit confessio novorum Processuum.

Post quorum examen Clem. VIII. permillum fuit officium, & missa die 12. Junii.

ad eorundem Cardinalium relationem in Congregatione Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum diligenter recognitis, & examinatis; idem Clemens Praeceptor piis clare memoriae Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici, ac Collegii maximi S. Bartholomaei, necnon Prioris, & Fratrum Conventus S. Augustini Salmanticensis, ac Provincialis, & Fratrum ejusdem Ordinis Provinciae Castellae precibus benigne annuens, de supradictorum Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum voto, ut in Ecclesia S. Augustini Salmanticae, ubi corpus ejusdem Beati Joannis etiam tunc requiescebat, & summa veneratione aserviret, Officium, & Missa de communi Confessoris non Pontificis singulis annis post die ejus obitum, nempe die duodecima Junii ob festivitatem S. Barnabae antedictae die undecima cadentem, libere, & licite celebrari posset, similibus in forma Brevis literis die decimona Junii 1601. datis indulgit, & hujusmodi Indultum idem Clemens Praeceptor prius ad Universum Ordinem Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, & quascunque Domos, & Ecclesias tam Fratrum, quam Monialium ejusdem Ordinis ubique locorum, & postmodum ad omnes Ecclesias tum Clericorum saecularium, tum cujusvis Ordinis Regularium Salmanticae, & Oppidorum de Sahagon, seu Sancto Facundo Patriae Servi Dei, necnon Cae patriae ejus genitricis alii in eadem forma Brevis literis sub diebus 15. Octobris, & 24. Novembris anni 1603. demum felicis recordationis Innocentius Papa X. etiam Praeceptor noster decreto memoratae Congregationis Rituum approbato die 14. Februarii anni 1647. ad omnes Ecclesias Civitatis, & Diocesis Burgenis extenderunt, & ampliarunt.

Quae deinde ab eodem extensa fuit.

Similiter ab Innoc. X.

Examinatis examinandis, & edito Congr. Decreto, permillum fuit a Clem. IX. examen eorum post exhibitum cultum.

mo testium, & actorum desuper confecto, memorata Congregatio Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum die 21. Julii Anni 1668. ejusdem memoriae Petro tituli Sancti Callisti Presbytero Cardinali Vidono nuncupato referente, censuit, procedendum esse ad ea, quae post venerationem supervenerant, si placuisset pia memoriae Clementi Papae IX. etiam Praeceptoris Nostri, qui facta prius praedictorum relatione eadem die benigne annuit.

Probatio relevancia, & veritate duorum, a Congreg. definitum fuit de veni postea ad Canonizationem.

§.17. Quare in Congregatione coram ejusdem memoriae Clemente Papa X. similiter praedeceptore nostro habita die octava Martii anni 1672. ad relationem praefati Cardinalis Vidoni discussa dubio de iis, quae post indulgam Beato Joanni venerationem supervenerant, idem Clemens X. praedeceptor Consultoribus prius auditis de Venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum S. R. E. Cardinalium iisdem Sacris Ritibus Praepositorum consilio decrevit, ex dictis posterioribus Processibus in eadem Sacra Congregatione die 25. Septembris anni 1663. examinatis, & approbatis, constare de eorum relevancia, nempe continuatione fama sanctitatis, devotionis Populorum, & miraculorum, & precrebrentia cultus, & venerationis, ac ex octo inter plura selectis duo miracula concludentissime probata esse declaravit: Primum scilicet Elisabethae Gomez de la Roccha, quae cum cancro in mammilla sinistra per sesquiannum inveterato, & in molem insignem aucto, & altero subitum brachium in latere sinistro prope cor Medicorum iudicio insanabilibus laborasset, post accessum ad Sepulcrum ejusdem Beati, illiusque invocationem, necnon post confessionem Sacramentalem, & susceptionem Sanctissimae Eucharistiae, ac impositionem habitus illius super mammillam mansequenti iterata Beati invocatione, sana, & incolumis a praedictis canceris, & acutis, quibus affliciebatur doloribus, absque ullo signo, seu vestigio praedictae infirmitatis comperta est. Et quartum Emmanuelis de Castella gibbosi per triennium ex ruptura spinae dorsii ob lapsum, e scala, dum erat novennis, qui cum propterea cogeretur curvatus medio corpore manibus super genua appositis, & cum adjutorio sustentaculi sic incedere, ut se erigere volens cum impetu procideret, ductus a matre ad sepulcrum Beati, ut novemialibus precibus incumberet, illuc ingressus ab ingentibus, quos patiebatur doloribus, & ab incurvatione sanus evasit, consolidatis nimirum vertebrae disruptis, curibusque sic corroboratis, ut domum maternam veloci gressu redierit, sustentaculum in altum gerens, ac demum etiam a gibbositate convaluit, postquam denuo a matre in Capellam Beati ductus Evangelium in fine Missae lectum audivit, permanente tamen osse elevato, ubi prius erat gibbosus, qua propter eadem Congregatio audito prius in voce, & in scriptis Fidei Promotore, & accersitis denuo Consultoribus, communi omnium voto censuit, eundem Clementem X. praedeceptorem quodcumque sibi visum fuisset, posse ad solemnem ejusdem Beati Joannis de Sancto Facundo Canonizationem juxta S. R. E. Ritum, & Sacrorum Canonum decreta devenire, eumque Sanctum cum Deo regnantem definire, atque universali Ecclesiae colendum, & venerandum proponere.

§.18. Verum praedefunctis interim eodem



dentibus hujus seculi sapientia, & scientia sue thesauros celitus revelavit. Homo enim literarum plane rudis, nulloque mortalium magistro eruditus, adeo excelso scientia dono meruit illustrari, ut altissima Catholicæ Fidei mysteria de Trinitate, Incarnatione, Prædeterminatione, Gloria cælesti, Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & alia hujusmodi, necnon difficillimos Sacræ Scripturæ sensus, etiam disputando, cælesti sublimitate tractaret, parique dilucidatione explicaret arduas quæstiones a doctissimis etiam Theologis propositas, quos tamen non tenebat admiratio, quoquomodo Literas sciret cum non didicisset, quia in eo infuse divinitus scientia donum ad evidentiam dignoscebant.

Propheta.

§.13. Prophetico etiam spiritu afflatus nonnulla futura, & præsertim ægrotis integram valetudinem, sanis infirmitatem, sibi que, & aliis mortem prædixit.

Obitus.

§.14. Traducto itaque, & consummato Sanctæ Vitæ curriculo per arduas poenitentia, & aliarum virtutum semitas, quibus per Dei gratiam Regno Cælorum vim inferre, illudque violentus rapere studebat, post gloriosâ Mundi hujus certamina Sacramentis Ecclesiæ rite, sancteque munitus, die 17. Maji anni 1592., quæ prædixerat hora, in Conventu Oppidi Villæ Regalis Dertusen. Diocesis in Regno Valentia beato sine quievit, quique ab infantia spiritu semper vixit, spiritu, & ambulavit, ac desideria carnis non perfecit, eodem illapsi olim super Apostolis Spiritus Sancti recurrente die, quo natus fuerat in terris, meruit æternum triumphaturus renasci & in Cælis.

Exequiæ cum miraculo.

§.15. Statim ac Beati Viri obitum fama vulgavit, ad illius venerationem mira undique populorum multitudo confluit, quæ antiquam Sanctitatis opinionem, eo vivente excitatam, etiam in ejus cadavere confirmari mirata fuit, dum istud licet exanime, quo fervidus, quem in vita habuerat erga Eucharistiæ Sacramentum demonstraretur affectus, visum est in illius elevatione oculos aperire, mox & in depositione occludere, quod pariter in elevatione, & depositione Calicis renovavit.

Tumores, & ulcera sanavit.

§.16. Pia multitudinis obsequio, & devota ægotantium spei opus fuit tridua Cadaveris expositione indulgeri, nec eam spem fefellit eventus, liquore quodam ex ejus vultu, & collo tunc temporis manante, quo aliqui perliniti integram sanitatem receperunt. Inter quos Catharina Simonis pluribus effecta tumoribus, iisque uno excepto perforatis, ac Medicorum, & Chirurgi judicio post biennalem curationem insanabilibus, hujusmodi delibuta liquore ab omni morbo, & tumoribus, cicatrice dumtaxat remanente, illico convaluit; id quod omni, vel cicatricis abolito vestigio obtigit etiam Ursula Mascarellæ, eodem liquore perunctis inveteratis femorum ulceribus, quibus excruciatâ fuerat, post triennales medelas incassum semper adhibitas.

Membrorum ulium restituit.

§.17. Ex iis etiam, qui expositum cadaver deosculantes Servi Dei opem intima devotione implorant, Baptista Cabillin, & Isabella Cano prorsus attracti, ille crure, & sic claudus, ut sine fulcramento non valeret incedere, ista brachio, & manu per sequianum, ut ejus sanationem Chirugi jam desperassent, ad eorumdem membrorum pristinum robur, & usum, ac si

nunquam læsa fuissent, repente revocantur.

§.18. Joanna Dominica cum sexagesimum tertium ætatis suæ annum ageret, ex alto delapsa, talem ossis sacri fracturam, & alterius ossis in femore luxationem passa fuerat, ut genua flectere, & sine fulcimentis incedere prorsus nequirit, sed quinto ægritudinis suæ anno adhuc impulsi Servi Dei manum ubertim fluentibus lacrymis osculata, illiusque intercessionem ex corde deprecata, cum se fulcimentis niteretur at tollere, repente vehementi dolore, os fractum consolidari, & luxatum sensit reponi, statimque expedite, & sine ullis fulcimentis ambulavit, & incolumis effecta est.

Os fractum, & luxatum consolidavit.

§.19. Cæcilia Sorli in altero corporis latere septemdecim mensibus fuerat ea correpta paralyti, ut inibi nullus prorsus motus, vel sensus carnis a qua pungenti ferro tentata, nec sanguis exibat, remansisset, brachio, & crure pendentibus, manu attracta, digitis immobiliter aduncis, carneque ejusdem lateris adeo consumpta, ut solam, & siccam pellem ossibus superinductam haberet, meritis Beati Paschalis in spem salutis erecta, ad ejus sepulcrum curavit asserri, statimque ac singulis membris læsis applicabatur catena, qua Dei servus in vita præcingebatur, sensus, motus, robur, caro, incessus, & pristina salus redibant, donec Cæcilia ingenti perfusa gaudio citato per Ecclesiam gradu exiliens discurrat.

Membris motum, & sensum reddidit.

§.20. Ob quoddam sanguinis profluvium, nec pupillæ, nec ulla earum vestigia remanserant Michaeli Gabaldo, qui a sexto ætatis mense ad septimum annum vitam duxerat non excitata solium, sed superveniente furditate deplorabilem; emisso per afflictam matrem voto, Sepulcrum Beati Paschalis adeundi, ejusque ope ferventius invocata, e vestigio puer videns, & audiens ad illam festinus occurrit, perfectumque utriusque sensus usum jugiter exinde retinuit.

Duplicis sensus deperditum usum concessit.

§.21. Extrema unctio jam delibutus, & desperantibus salutem Medicis agebat animam Petrus Gil, qui magnis febribus, vomitibus, aliisque accidentibus septem, vel octo mensium spatio fuerat afflictus, gravissimum exhalans foetorem, corruptis præ morbi gravitate visceribus vix inæstissima Uxor votum invensidî Beati Paschalis Sepulcrum, & parata funeri deferendi emiserat, cum Vir nulla mora surrexit incolumis, & Uxore comite votum emissum, persolvit.

Lethalè morbum extinxit.

§.22. Fama igitur Sanctitatis B. Paschalis miraculis, & gratiis ad ejus invocationem, & intercessionem obtentis, in dies percrebescente, post varias probationes ordinaria auctoritate receptas, supervenit delegatio Apostolica, cujus vigore, confectis quinque processibus, iisque primum a tribus Causarum Palatii Apostolici Auditoribus, qui accuratam, & distinctam edidit relationem, & postmodum in Congregatione tunc Sacris Ritibus Præpositorum Cardinalium bon. mem. Roberto Tit. S. Mariæ in Via, dum vivebat Presbytero Cardinale Bellarmino nuncupato referente, diligenter examinatis, & mature discussis, præ mem. Paulus PP. V. etiam prædecessor Noster humilibus supplicationibus universi Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, clar. mem. Philippi III. tunc in humanis agentis Hispaniarum Regis Catholici, bon. mem. Francisci

A Paulo V. Beatus declaratus fuit cù Officio, & Missa die 17. Maji.

scilicet Cardinalis Lermæ nuncupati, & totius Regni Valentia Procerum inclinatus, de eorumdem Sacris Ritibus Præpositorum Cardinalium consilio, ut præfatus Dei Servus in posterum, Beatus nuncupari, atque de eo singulis annis die 17. Maji qua obdormivit in Domino, a Fratribus ejusdem Ordinis in Regno Valentia commorantibus tanquam de Confessore non Pontifice juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani, Officium recitari, & Missa celebrari, necnon in Ecclesia Fratrum ejusdem Ordinis Oppidi Villæ Regalis in eodem Regno Valentia existentis, ubi ejus corpus requiescere asserbatur ab omnibus Presbyteris tam Sæcularibus, quam Regularibus Missa similiter celebrari libere, & licite valeret, Apostolica auctoritate per suas in forma Brevis die 29. Octobris anni 1618. desuper expeditas Literas, concessit, & indulgit, & hujusmodi Indultum per similes in forma Brevis Literas die 10. Februarii anni 1620. ad omnes utriusque sexus Religiosos d. Ordinis Minorum regularis observantia in Regnis Castellæ, & Aragonie commorantes, pari auctoritate ampliavit, & extendit, atque ut in Villa Regalis, ubi ejusdem Beati Paschalis corpus requiescere, & Turris Formosæ, ubi idem Beatus natus, ac educatus asserbatur, Oppidis prædictis, ab omnibus utriusque sexus Regularibus, ac etiam Presbyteris, & Clericis Sæcularibus de eodem Beato Paschali, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani hujusmodi de communi Confessoris non Pontificis Officium recitari, & Missa celebrari respective valeret, eadem auctoritate concessit pariter, & indulgit.

Probatâ veritate duorum miraculorum post Beatificationem pariter, a Clem. X. definitum fuit, procedi posse ad Canonizationem.

§.23. Reassumpta postmodum in statu, & terminis causa, in vim specialis Commissionis manu rec. mem. Innocentii Papæ X. similiter Prædecessoris Nostri signata, post novos Processus interpolatis temporibus confectos, eadem Congregatio Sacris Ritibus Præpositorum S.R.E. Cardinalium ut de cultu B. Paschali auctoritate Apostolica in vim præfati Indulti ejusdem Pauli Prædecessoris exhibito, & de validitate Processuum hujusmodi super iis, quæ post indultam Beatificationem supervenerunt, rite confectorum, satis constitit, tandem in Congregatione die 27. Septembris anni 1673. habita coram ejusdem mem. Clem. Papæ X. etiam Prædecessore Nostro, discussis plerisque Miraculis, quæ Deus, qui facit mirabilia magna solus intercessionem Servi sui dignatus est operari, duo, & sane celebriora ad relationem bo. mem. Camilli Tit. S. Eusebii, dum vixit Presbyter Cardinalis de Maximis nuncupati, ex unanimi Consultorum sententia, & præfatorum Sacris Ritibus Præpositorum Cardinalium suffragio, uti omnibus probationis calculis absoluta, comprobata fuerunt. Primum nempe Francisci de Bargas, cui index sinistra manus securis ictu ita præcisus, ut vix cutis particulæ cohereret, statim consolidatis ossibus, nervis, & cute omnino validus restitutus est. Et quartum Dominici Perez agricolæ, qui ope Beati implorata ad primum ligonis ictum ex aridiori terræ situ perennis, & nunquam, vel exrescentis, vel deficientis aque fontem exilire obtinuit, quo publica Loci, & Armentorum calamitas fuit reparata. Quare peractis omnibus, quæ felic. rec. Urbani Papæ VIII. similiter Prædecessoris nostri Decretâ exigebant, Idem Clemens Prædecessor, acci-

tis iterum Consultoribus eorum unanimem sententiam, & Cardinalium præfatorum suffragia probavit, posse videlicet quandocunque tuto deveniri ad solemnem memorati B. Paschalis Canonizationem, juxta Ritum S.R.E., & Sacror. Canonum instituta, eumque definiri cum Deo regnantem in Gloria Sanctorum, & eorum Catalogo adscriptum toti Ecclesiæ colendum, proponi.

Preces, & suffragia pro Canonizatione.

§.24. Interim vero eodem Clemente, & similis recordationis Innocentio Papa XI. etiam, Prædecessoribus Nostri viam universæ carnis ingressis, ultima manu huic Canonizationis negotio nondum admota, cum alie preces memorato Alexandro Prædecessori a Charissimis in Christo filiis Nostri Leopoldo Romanorum Rege in Imperatorem electo, & Carolo Hispaniarum Rege Catholico, porrectæ fuissent, & subinde Ven. Frater Noster tunc suus Flavius Episcopus Portuensis S.R.E. Card. Chisus nuncupatus vice Venerabilis etiam Fratris Nostri tunc sui Alderani Episcopi Ostiensis ejusdem S. R. Eccl. Cardinalis Cybo nuncupati præfate Congregationis Præfati, morbo tunc detenti, in Consistorio ipsius Alexandri Prædecessoris secreto summam processus, suamque, & aliorum Collegarum suorum d. S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum sententiam exposuisset, ceterique in eodem Consistorio presentes Cardinales, & unanimi suffragio adhæssissent, & postea in alio publico Consistorio, quo præter Cardinales præfatos, etiam Patriarcha, Archiepiscopi, & Episcopi in Urbe commorantes, ac Dilecti Filii Romane Curie Prælati, ipsiusque Alexandri Prædecessoris Familiæ convenerant, dilectus etiam Filius Alexander Casaluis Nostre tunc suæ Consistorialis Aula Advocatus de Vita, virtutibus, & miraculis d. B. Paschalis dixisset, atque præfatorum Romanorum Regis in Imperatorem electi, & Hispaniarum Regis Catholici, & universi Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nomine supplices preces pro ejusdem Canonizatione detulisset, dictus Alexander Prædecessor hujusmodi preces effuso cum exultantis animi sensu excepit, & attendens, quod ad Ecclesiæ Catholicæ gloriam etiam numerus, & excellentia Sancto- rum, qui illam illustrarunt pertineat, gravissimum opere fuit ab eximio prædicti, & aliorum Beatorum virtutibus, meritisque in eodem Consistorio relatis præstantissimum sibi præberi argumentum ejusdem Ecclesiæ gloriam amplificandi, firmam præsertim in spem adductus fore, ut fideles tunc ejus supremæ custodiæ commissi ad tam præclara sequenda vestigia vehementer excitarentur.

Indiæ supplicationes.

§.25. Ut autem difficillimum opus rite conficere valeret, a memoratis Fidelibus juxta præscriptas jam a se salutaris poenitentias, pia, ferventique nuncupari vota impense in Domino flagitavit, ut supernorum luminum Pater caligantis humanitatis velo rescisso, Divinum beneplacitum, sine prævia cujus intelligentia infirma fuisset quælibet deliberatio, sibi ostenderet. Quin etiam ad omnes accuratissimi Judicis partes implendas, antequam super re tam magni momenti decerneret, advocavit in consilium præfatos Ven. Fratres Nostros tunc suos dictæ S.R.E. Cardinales, necnon Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos tunc in Urbe commo-



rantes, qui postmodum in Consistorio semi-publico ad hunc effectum indicto, presentibus etiam nostris tunc suis, & Sedis Apostolicæ Notariis, & Causarum Palatii Apostolici Auditoribus ex eis, quæ ab eo proposita, & ex processu relata fuerant, B.Paschalem Canonizandum esse apertis suffragiis unanimiter censuerunt.

Canonizatio d.S. cum aliis 4 ab Alexan. VIII. celebrata fuit.

§. 25. Cum itaque nil aliud desideraretur eorum, quæ ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum Decretis, præfata S. R. E. antiqua consuetudine, ac Decretorum ejusdem Urbani Prædecessoris præscripto agenda, & observanda erant, idem Alexander Prædecessor adveniente prædestinata die 16. Octobris anno præterito 1690. Pontificatus sui I. in Sacrosancta B. Petri Apostolorum Principis Basilica, quo solemniter cum Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis ejusdem S. R. E. Cardinalibus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis Filiis dicte Romane Curie Prælati, Officialibus, & Familiaribus suis, Clero Sæculari, & Regulari, & maxima Populi frequentia man convenerat, iteratis primo, secundo, & tertio pro Canonizationis Decreto petitionibus per dilectum Filium nostrum tunc suum Petrum S. Laurentii in Damaso Cardinalem Orthobonum nuncupatum, nomine præfatorum Leopoldi Romanorum Regis in Imperatorem electi, & Caroli Hispaniarum Regis Catholici, post sacros Hymnos, Litanias, aliasque Preces, & post Spiritus Sancti gratiam rite imploratam, ad honorem SS. Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac sua maturatione deliberatione præhabita, & Divina ope sæpius implorata, ac de præfatorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum tunc in Urbe existentium consilio, B. Paschalem Baylon, una cum Beatis Laurentio Justiniano, Jo: a Capistrano, Joanne de Sancto Facundo, & Jo: de Deo, SANCTUM esse decrevit, & definit, ac Sanctorum Catalogo adscripsit, statuens ab Ecclesia Universalis quolibet anno die 17. Maji, qua obdormivit in Domino, memoriam ipsius inter Sanctos Confessores recoli debere. In nomine Patris, & Filii Spiritus Sancti. Amen.

Indulgentia plenaria in ipsa die Canonizationis, & alia 7. ann. & totid. quadr. in ejus festo concessa.

§. 26. Quibus peractis, Deum Patrem æternum, Regemque gloriæ Christum Dominum, Patris Sempiternum Filium, ac Sanctum Paraclitum Spiritum, unum Deum, nunquam Dominum laudibus, & confessionibus veneratus, Sacroque Hymno Te Deum solemniter decantato, peculiari Oratione, etiam per dicti Beati Paschalis merita precatus fuit, atque Missæ ad Altare B. Petri Apostoli, cum ejusdem B. Paschalis commemoratione a Venerabili Fratre nostro tunc suo Palatio Episcopo Sabinen. ejusdem S. R. E. Cardinali de Alteriis nuncupato, solemniter celebratæ, interfuit, omnibusque Christianis, delibus tunc presentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concessit. Visitantibus autem quotannis in præfata die festo ejusdem B. Paschalis Sepulcrum, in quo ejus Corpus requiescit, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodo libet debitis poenitentis misericorditer in-

Domino relaxavit in forma Ecclesiæ consuetata.

§. 27. Ne autem de Decreto, Definitione, Adscriptio, Statuto, Concessione, Relaxatione, aliisque præmissis, ex eo quod super illis ipsius Alexandri Prædecessoris Literæ, ejus superveniente obitu, confectæ non fuerant, valeat quomodolibet hæsitari: Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod Decretum, Definitio, Adscriptio, Statutum, Concessio, Relaxatio aliisque præmissa a dicta die 16. Octobris anni 1690., sum consequantur effectum, ac si super illis ipsius Alexandri Prædecessoris Literæ sub Datum ejusdem diei confectæ fuissent, prout superius enarratur. Quodque præfatas Literæ ad probandum plene Decretum, Definitionem, Adscriptio, Statutum, Concessio, Relaxationem, aliisque præmissa ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius admodum requiratur.

Relata omnia declarantur verissima ab Pontifice.

§. 28. Caterum, quia difficile foret præfatas nostras Literas ad singula loca, ubi opus esset deferri, volumus, ut eorum exemplis etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Clausula.

§. 29. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum voluntatis, & Decreti infringere, eique ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo, sexcentesimo, nonagesimo primo. Idibus Julii Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



- Ego Aderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cyro.
Ego Flavianus Episcopus Portuen. Cardinalis Cbinius.
Ego Jacobus Episcopus Tusulanus Cardinalis Franzonus.

Ego

Ego Petrus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Alverii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camera-rius.

Ego F. Tit. S. Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Maudalchini.
Ego Carolus Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Barberinus.

Ego Nicolaus Tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis Acciajulus.
Ego Gaspar Tit. S. Mariæ Transiberim Presbyter Cardinalis Carpinus.
Ego Casar Tit. Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis d'Estres.

Ego Franciscus Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis Nerlius.
Ego Hieronymus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Casanate.
Ego Galeatius Tit. S. S. Quirici, & Julitæ Presbyter Cardinalis Marscottus.
Ego Fabritius Tit. S. Chrysgoni Presbyter Cardinalis Spada.
Ego P. Thomas Howardus Tit. Sanctæ Mariæ Super Minervam Presbyter Cardinalis de Norfolcia.
Ego Joannes Baptista Tit. S. Cecilie Presbyter Cardinalis Spinula.

Ego Savus Tit. S. Petri in Vincula Presbyter Cardinalis Millinus.
Ego Fr. Laurentius Basilica Duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis de Laurea.
Ego Jacobus Tit. S. Mariæ in Ara-Cæli Presbyter Cardinalis de Angelis.

Ego Joannes Tit. S. Petri in Monte Auro Presbyter Cardinalis de Gassen.
Ego P. M. Tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis Petrucciis.

Ego Joseph Saens Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis de Aguirre.
Ego Leander Tit. S. S. Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Colloredus M. Penitentiaris.
Ego F. Tit. S. S. Joannis, & Pauli Presbyter Cardinalis Carafa.
Ego Bandinus Tit. S. Thomæ in Parione Presbyter Cardinalis Panciatius.
Ego F. Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis de Abdua.

Ego Tullanus Tituli Sanctæ Agnetis extra Mœnia Presbyter Cardinalis de Janfon de Fourbin.

Ego Joannes Baptista Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Cardinalis Rubinus.
Ego Joannes Baptista Tit. S. Bernardi Presbyter Card. Costagutus.

Ego Flavianus S. S. Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis Astallius.

Ego Petrus Tituli S. Laurentii in Damaso Cardinalis Diaconus Octobonus S. R. E. Vice-Cancellarius.
Ego Carolus S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. Bichius.
Ego Aloisius S. Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis Homodeus.
Ego Joannes Franciscus S. Adriani Diaconus Card. Albanus.
Ego Laurentius S. M. in Aquiro Diaconus Cardinalis de Alteriis.
Ego Franciscus S. Angelî in Foro piscium Cardinalis Barberinus.

VII.

Statuitur, ut Dieta Intermedia Congregationis Monachorum Casinen. celebretur post biennium a Capitulo.

Dat. 28. Julii 1691. Anst.

De hujusmodi Dieta, & Capitulo vide Innoc. XI. Const. ed. 1680, Septem. 9, P. 4.

INNOCENTIUS PAPA XII

Ad perpetuam rei memoriam.

Lias postquam fel. rec. Innocentius PP. XI. prædecessor noster ad evitandas expensas, ac itinerum incommoda, quibus Congregatio Casinen. Ordinis S. Benedicti, ejusque Monasteria, & personæ propter nimium frequentes Capitulorum Generalium, & Diatarum intermediarum celebrationes gravabantur, per quasdam suas in simili forma Brevis die 9. Septembris 1680. expeditas literas, ut in posterum tam Capitulum Generale, quam Dieta intermedia præfate Congregationis nonni de triennio in triennium ab inde proximo futuro Capitulo Generali, quod tertia Dominica post Pascha Resurrectionis Dominicæ anni tunc proxime venturi 1681. celebrandum erat incipiendo celebraretur, ita scilicet, ut Dieta hujusmodi octiduum mensibus post celebrationem cujuscumque Capituli Generalis pro rebus, & negotiis, quibus interea consulendum fuisset, ante tamen festum Circumcisionis Domini immediate sequens, & non aliter haberi deberet, statuerat, & ordina-

Ab Innoc. XI. tam Capituli Generalis quæ Dieta determinata fuit de triennio in triennium.